

LACTANTIUS

Oberitalien, 2. Drittel 15. Jh. (nach Wasserzeichenbefund) Seite 150v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

atq; imperij sede translata. confusio ac perturbatio humani generis conseq̄
tur: Tum vero detestabile atq; abhominandum tempus existet quo nulli
hominum sit uita iocunda Eruentur funditus ciuitates atq; interi
bunt non modo ferro atq; igni. verum etiam tremotibus assiduis & elu
uie aquarum & morbis frequentibus & fame crebra. Aer n. uiciabitur
& corruptus ac pestilens fiet. modo importunis imbribus modo inuti
li siccitate. nunc frigoribus nunc estibus nimijs. nec terra homini fructū
non seges quicq̄ non arbor. non uitis feret sed cum in flore spem maximā
dederint: in fruge decipient: fontes quoq; cum fluuibus arescent. ut po
tus quidem suppetat. & aque in sanguinem aut amaritudines muta
buntur propter hec deficient in terra quadrupedes. & in aere volucres &
confundent & crines cometarum & solis tenebre & l color lune & ca
dentium siderum lapsus. nec tamen hec usitato modo fient: Sed existet
subito ignota & inuisa oculis astra Sol in ppetuū fuscabitur. ut uix int
noctem diemq; discernat. luna iam non tribus deficiet horis. sed ppetuo
sanguine obfusa: meatus extraordinarios paget: ut non sit homini promp
tum aut siderum cursus. aut rationem temporū agnoscere: fiet n. velestas
in hieme vel hyemps in estate: Tunc annus breuiabitur & mensis minue
tur & dies in angustum coartabitur. Stelle vero creberrime cadent. ut
celum omne cecum sine ullis luminibus appareat montes quoq; altissimi
decident: & plauis eq̄buntur: Mare innauigabile constituetur. ac ne
quid malis hominum terreq; desit audietur e celo tuba: quod hoc mō Si
billa denunciat: σαλπίσῃ οὐρανόθεν φωνὴν πολυθρηνον ἀφήσει.
Itaq; trepidabunt omnes & ad luctuosum illum sonitum contremiscet
Tum vero per iram dei aduersus homines. qui iusticiam non agnouerunt
seuiet ferrum: ignis. fames. morbus. & super omnia metus semper impen
dens: Tunc orabunt deum & non exaudiet: optabitur mors & non veni
et. ne nox quidem requiem timori dabit ne ad oculos somnus accedet.
sed animas hominum sollicitudo ac uigilia macerabit. plorabunt & ge
ment & dentibus strident Gratulabuntur mortuis & uiuos plangunt.
his & alijs pluribus malis solitudo fiet in terra. & erit deformatus orbis
atq; desertus: quod in carminibus Sibillinis ita dicitur: ἐσται κοσμος
ἀκοσμος ἀπολυμενος ἀνθρωπων. Ita n. confitietur humanū genus
ut uix decima pars hominum relinquatur & unde mille processerant
uix procedent centum De cultoribus & dei due partes interibunt: & ter
tia: que fuerit probata remanebit: —
Sequitur. Sed planius: —

Erit mūdus īmūdus
peruntibus homibus.